Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



quorum agetur animus errore. Nec haec unquam quid se
quatur. Quae cum esset ista mens vel quae vita potius
non solum disputandi si eadem vivendi ratione sublata.
Nos autem ut ceteri qui alia certa alia incerta esse dicant
sic ab his dissentientes alia probabilia contra alia dici
mus. Quod est igitur quo me impediat ea quae probabi
lia mihi videantur sequi quae contra improbare atque af
firmandi arrogantiae vitare fugere temeritate quae a sa
pientia dissidet plurimum. Contra autem omnia disputant
a modo quo hoc ipsum probabile elucere non possit nisi ex v
traque parte causae esset facta contentio. Sed haec expla
nata sunt in academicis meis satis ut arbitror diligen
ter. Tibi autem mi Tullio quoniam in antiquissima nobi
lissimaque philosophia Cratippo auctore versaris his similissimo
qui ista praeclara peperunt tamen haec mea finitima meis
ignota esse nolui. Sed iam ad instituta pergamus.

¶ Vinque igitur rationibus propositis officii persequendi
quattuor duae ad decus honestatemque pertinent duae
ad commoda. Vitae copiae opes facultates. quibus ad diuge
di iudicium si qui ea quae dixi pugnare mecum se iudicent
honestatis pars perfecta est quae quidem cupio tibi esse no
tissima. Hoc autem de quo nunc agimus id ipsum est quod uti
le appellatur. In quo verbo lapsa consuetudo deflexit
demum sensumque eo deducta est ut ab honesto utile secer
neret. et constitueret honestum aliquod quod utile non
non esset et utile quod non honestum quae nulla pruden
es maior hominum vitae potuit offerri. Suma quidem